

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Rudolph Goclenius Bernhard Brand

**Themata, Grammatica, Logica, Rhetorica, Mathematica, Physica, Politica, de
Analogia seu Proportione : Cui subiecta est Assertio Verae Et Orthodoxae
Sententiae de Analogia Sacramentali inter Panis in coena Fractionem & corporis
Domini in Cruce immolationem**

Marpurgi: Kezelius, 1606

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746573456>

Druck Freier  Zugang



95-

52^b. 6.



Fa 1092 (95.)

Tomo hor. XLVII. . continentur.

1. Dicerni Icarus Academicus Norimb. 1643.
2. Aclamationes prepemptias Academie Genesia cum eo ea
descenderet idem Dicernur.
3. Orationes inaugurales Academie Liudunensis Batavorum.
4. Polyandi. Waldei. Anno: 1620.
5. Thysii.
6. Hommii.
7. Sinapis.
8. Ravii Pancoynica Orientalib[us] linguis Trajecti d[omi]ni 1693.
9. Hier. Welleri Consilium de Scholis Theol. Rostoch. 1617.
10. Simile D. Joh. Quistorpii Rostoch. 1643.
11. Iusti Ione oratio de codem argumento. ibid. 1644.
12. Dan. Hemsii. Homilia in Natalem Domini. lug. 1613.
13. — . In Christi Passionem. ibid. eod.
14. Quistorpij de Virtutis liberis arbitriis coll. Con III, 4. s. 1645.
15. Damhauen. Domini Glorie crucifixus. 1633.
16. — . De Melchisedecco e Gen. x Iv. 1634.
17. Jacobus Martini de Causa Pecati. 1639.
18. — . Analysis Capiti V ad Romanos. eodem.
19. Arschaeur De istuc testib[us] in Terra. 16. VI. 8. 1635.
20. — . De Pecato originali. eod.
21. — . Synopsis Theol. Zachariae.
22. — . ad Hebr. XII, 8. 1643.
23. — . ad Act. VI, 27. 28. 1646.

1.	8.	3.
2.	9.	4.
3.	10.	5.
4.	11.	6.
5.	12.	7.
6.	13.	8.
7.	14.	9.
8.	15.	10.
9.	16.	11.
10.	17.	12.
11.	18.	13.
12.	19.	14.
13.	20.	15.
14.	21.	16.
15.	22.	17.
16.	23.	18.

24. D. Marentius de Ecclesia. 1608.
25. D. Hammenig de Persona Christi. 1645.
26. D. Cothamay de Predestinatione. Rostock. 1692.
27. —. Part II. —
28. Id. Croix de Orthodoxæ Fidei Dilectione Marp. 1619.
29. —. Vano per Europā Doctrinæ cum Script. S. conformitas.
30. —. De Apostoli nominis causis.
31. —. De Apostolita Ecclesiastū Evang. Doctrina.
32. —. De Catholicismo Eccl. Evangelice.
33. —. De Antiquitate Relig. Evangelice.
34. Gocklenii Theser Apologeticus contra Finniū. 1606.
35. —. De Analogia seu proportione.
36. Petelinus de S. Cœna Stenforti 1602.
37. Toffani Theser contra Evangelicos. ibid. 1605.
38. Ravenspergi Samson redivivus. ibid. 1614.
39. Heyderi Exerc quæstionum Thol. Marpurgi. 1611.
40. Eglini de Generaliis Christi. ibid. 1608.
41. —. De Fide justificante. ibid. 1617.
42. —. De Peccati in Spiritum S. cod. 44 B. Croix de Pa
43. —. De Predestinatione. ibid. 1619. Doctrinæ
44. Connug Vorshy de Idolatria Pontificiorum in cultu virtutum.
45. —. Fide Stenfort. 1608.
46. —. de Idolatria corundē mortali sanctorum.
47. —. —. In cultu Imaginum.
48. —. —. In cultu ipsius Pontificis.

49. P. Petri Probsti Soc. Ges. disputatio Paradisiaca
50. Conradi Vorstii Oratio Antlopetrica in
Pleno confessu dominum Hollandie et Westfalia ha-
bita. Raaet Marti. 1612.
51. Ebelius de Generatione et Corruptione Hom.
Gesae. 1646.
52. — De Animæ Hum. Similitudine. 1644.
53. — Decade IV. Conclusionum Metaphysicarum. 1646.

A - A

16

35

30

A - C

20

40

A - B

A - B

35

P. 36

A. 00

A - C

A - B

A - D.

A - Z.

A - G.

A - B

40

128

72

A - D.

A - D.

10

16

32

A - G

A - B

A - C

A - C

P. 61

A - D

A - A

A - C

A - C

A - C

65

A - C

48

A -

16

A -

A - C

A - C

A - C

A - B

A - K

51

24

24

20

THEMATA,
GRAMMATICA,
LOGICA, RHETORICA,
MATHEMATICA, PHYSICA, PO-
LITICA, DE ANALOGIA SEU
Proportione,
Cuius subjecta est

ASSERTIO VERÆ
ET ORTHODOXÆ SENTENTIÆ
DE ANALOGIA SACRAMENTALI IN-
ter Panis in cœna Fractionem & corporis
DOMINI in Cruce immolati-
onem


P R A E S I D E

M. RODOLPHO GOGLENIO,
In Illustri Academia Mauritiana P. P. addispu-
tandum proposita.

R E S P O N D E N T E
BERNHARDO BRANTIO CLIVO-VESA-
lio Philosoph. & Theolog. St.

•••••
MARPVRG I CATTORVM.
Ex officina Typographica Guolgangi Kezelis.

ANNO:
C V M Deo Ito.



DE ANALOGIA SEU PROPORTIONE.

Analogia est similius inter se rationum habitus
do. Latinis veteribus proportio dicitur, Me-
lanch. cum recentioribus vocat proportiona-
litatem, alii ~~ratio~~ relationem inter pro-
portionata.

2. Boëtius autem, quem affectatur Melanchthon in Lo-
gicis, proportionem pro ratione accipit [ut 4.ad 2.est pro-
portio dupla id est ratio dupla.

3. Ratio est mutuus duorum terminorum respectus:
Græce λόγος.

4. Itaque Analogia est similitudo composita.

5. Ac constat è quatuor sicutem terminis, qui faciunt duas
rationes, antecedentem & consequentem: quarum illa est
 $\pi\epsilon\tau\alpha\tau\iota\varsigma$ hæc vero $\alpha\pi\delta\delta\sigma\varsigma$.

6. Quatuor inquam, vel expresse positis, in ea quæ dici-
tur disjuncta: vel repetito medio, in ea quæ dicitur cōtinua.

7. Exempla prioris ut 2. ad 4. ($\pi\epsilon\tau\alpha\tau\iota\varsigma$, ratio antecedens)
sic 6. ad 12. [$\alpha\pi\delta\delta\sigma\varsigma$, ratio consequens] Ut se habet guber-
nator ad navim: sic se habet Episcopus ad Ecclesiam. Ut
panis ad hanc vitam caducam: sic caro Domini ad vitam æ-
ternam. Ut aqua ad corporis sordes: sic sanguis Christi ad
animæ labem. Id est,

Abluit nuda foris corpus: sic sanguis Jesu,

Intus peccato sordida corda lavat.

8. Proportionem enim, seu comparationem rationum,
non tantum subeunt numeri sed etiam res numeratae. A-
rist. 5. Ethic. cap. 3.

9. Exempla posterioris ut 2. ad 4. sic 4. ad 8. ut Christus
panem sanctificatum, eumque fractum dedit Apostolis:
Ita vicissim apostoli & ministri ejus panem fractum, conse-
cratum, id est, divino mysterio dedicatum, communican-
tibus ē grege suo porrigit.

A 2 Dico

33
34
35

36

37

38

42

50

43

49

44

48

45

46

47

48

10. Dico disertè saltem, seu minimum (Thes. 5.) quia plures quam duæ rationes possunt coniungi.

11. Ut rationi debet obtemperare gubernator, gubernatori unusquisque in navi, sic populus rationi, nec singuli populo [doctis. Varro laudante Ramo in schol. grammatis libro secundo pag. 12. *geminata* hic rationes sunt.

12. Hinc proportio multiplicata hoc est terminis continuata extensaq., dicitur, cum multi termini ita sunt dispositi, ut secundum eandem rationem quilibet consequens sit multiplex præcedentis, hoc est ut omnes consequentes sint æque multiplices antecedentium, Cuiusmodi sunt 1. 2. 4. 8. 16. 32. 64. Sic enim augmentur secundum rationem duplam. Similiter hic 1. 3. 9. 27. 81. 243. multiplicantur secundum rationem triplam quilibet enim sequens est triplus ad præcedentem Zabarell. Philosophorum Ital. facile principes & κορυφαί τατά ad context. 92. Arist. 1. post Analy. Huic simile quid habet continuatio Metaphoræ, qui tropus est contractæ similitudinis.

13. Proportio alia est Arithmetica, alia Geometrica, alia Harmonica.

14. Arithmetica est in qua æqualis servatur excessus in omnibus terminis : seu cum æquales sunt rationes differentiarum ut 1. 2. 3. 4. 5. hic æqualis est unitatum excessus in omnibus numeris.

15. Ratio differentiæ est, qua terminus à termino differt.

16. Itaque subduktione cognoscitur ut 2. ad 3. est unitatis.

17. Proportio Geometrica est qua quotorum rationes (propriae seu specificæ dictæ rationes) sunt æquales ut 2. ad 1. sic 6. ad 3.

18. Ratio quoti est, qua terminus à termino continetur. Itaque divisione cognoscitur.

19. Harmonica est in qua maior terminus ad minimum ita se ha-

se habet ut differentia maximi supra medium ad differentiam medii, supra minimum: ut 6.4.3. ut .n.6.ad 3. sic duo differentia 6.sup.4. ad unitatem, qua differunt 4. a. 3. Ratio utrobique est dupla. Ita 12.6.4. proportionem servant musicam quæ tripla est, cum inter extrema, tum inter excessus seu differentias. §. 20. Habere igitur videtur ali quid commune Harmonica cū Arithmeticā & Geometricā proportione. Nam & differentiae in ea considerantur & rationum *ταυτότητος*. §. 21. Ac producitur ex Arithmeticā Positis enim tribus numeris ut 2.3.4. in Arithmeticā, proportione, nempe cum æquali excessu, multiplicando duo primum in secundum & tertium & secundum in tertium, numeri emergentes seu producti. 6.8.12. sunt in Harmonica proportione: Ut enim 12. ad 6. sic excessus 12. supra 8, id est excessus 4. ad excessum 8. supra 6. id est ad excessum 2. 22. Quædam proportiones Harmonicæ sunt quæ tribus tantum terminis clauduntur nec in plures extendi queūt ut 2.3.6. §. 23: Ex analogia existunt analogismi, hoc est logismi proportionales: ut in Arithmeticā disciplinā una libra ceræ valet una drachma: Hic igitur cū sint 10. libræ, eæ valebunt 10. drachmis. Et extra Mathesin: Ut sponsus ad sponsam: Sic Christus ad Ecclesiam. Sponsus autem amat sponsam: Ergo & Christus diligit Ecclesiam. 24. Vbi ex directa potes etiam fieri permutata (εναλλαξει) vel inversa (ενανταλι) §. 25. Directa est, in qua ut primus terminus ad secundum, sic tertius ad quartum. §. 26. Inversa, in qua ut terminus secundus ad primum, ita quartus ad tertium. §. 27. Alternata seu commutata, in qua ut primum ad tertium: sic secundus ad quartum. 28. Directe 24.8.12.4. ut sponsus ad sponsam: ita Christus ad Ecclesiam.

Inversim seu ενανταλι 8.24.4.12. ut sponsa ad sponsum:

A 3

sic

Sic Ecclesia ad Christum ^{erat} seu commutatum 24.12.8.
4. ut sponsus ad Christum: sic sponsa ad Ecclesiam. Directe: quam habet rationem panis ad corpus nostrum, eandem habet corpus Christi ad animam nostram. Inverse. Quæ ratio corporis nostri ad panem, ea est animæ nostræ ad carnem Christi Commutatum, quæ habet rationē panis ad corpus Christi eandem etiam habet corpus nostrum ad animam nostram.

29. Quæ ratio est primæ ad secundam, ea est etiam tertiaræ ad quartam, tum enim commutando licet dicere ergo quæ est ratio primæ ad tertiam eadē est secundæ ad quartam Zabar. in text. 40. lib. i. post Anal. Aristotelis.

30. Ratio ^{προσεγγιστικής} ac consequentiæ est si quatuor termini fuerint directè ordinateq; proportionales iidem etiam alterne & inversè proportionales erunt vide Euclid. 6. p. 5.

DE ANALOGIA GRAMMATICA.

Pervetus quæstio est, constet ne sermonis usus Analogia seu ratione aliqua naturæ imitatrice, rata & constante: an vero incerta & errante pro multitudinis arbitrio vagetur.

2. Chrysippus & ejus asseclæ tuerunt anomaliam: Aristarchus & eius æmuli analogiam, ut Regulam.

3. In hac concertatione Varro Aristarchum amplectatur, sequendam nimurum certam rationem & analogiam, sed quæ communi consuetudini non repugnet.

4. Populus universus, ait, debet in omnibus uti analogia et si perperam est consuetus, corriger se ipse. Populus enim est in sua potestate, singuli in illius. Itaque ut suam quisque consuetudinem, si mala est, corriger debet, sic populus suam. Ego populi consuetudinis non sum ut Dominus, at ille meæ est. Idem pro vero non dubitanter affir-

affirmat Petrus Ramus qui Purē loquendi laude floruit
nostra memoria, scholarum Grammat.lib. 2. Qui sux sententiae nos habet ascriptores.

5. Idem Varronis judicium Quintilianus lib. 1. cap. 6.
quoque secutus, non, ait, cum primum fingerentur homines, analogia demissa de cœlo formam loquendi dedit, sed
inventa est postquam loquebantur, & notatum est in sermone, quid quomodo caderet. Itaque non ratione [intel-
lige primò] nititur, sed exemplo: Et cap. eod. Consuetudo
certissima loquendi magistra est, utendumquè plane ser-
mone ut numo, cui publica forma est.

6. Consuetudinem autem sermonis voco consensum
eruditorum sicut vivendi consensum bonorum.

7. Ex his intelligitur: Primò, Consuetudinis authoritati
cur ita loquendum sit, tribuenda esse τραπέζια, ut causæ prin-
cipi: Analogiæ & arti σεντερεψία ut causæ posteriori.

8. Repetenda inquit Petrus Ramus nobis latini sermo-
nis authoritas est præceptis & exemplis veterum Roma-
norum: præcepta nominans primo loco, non ut primam
causam, sed quia in confirmatione legitima artis præcepta
præcedunt, exempla sequuntur.

9. Secundo: Theodorum Bezam & Petrum Ramum,
[vide ejus exempla] quorum hic usum artis magistrū & qua-
si genitorem facit: illi contra videtur usus ad doctrinæ nor-
mam exigendus potius, quam doctrina ad usum accom-
modanda, inter se conciliari posse.

10. Apparet enim D. Bezam per Usum intelligere usum
pravè loquentium & à consuetudine Romana dissidenti-
um qui potius abusus est: Ramum verò usum communem
& perpetuum purè loquentium: nihilq, velle aliud, quám
Grammaticam proponere sibi usus obseruationem in
exemplis benè loquentium.

¶ A

ir. A Petro Ramo est acerrimi iudicii vir Scaliger lib. 4. de causis lat. ling. c. 76. ubi Grammatica ait, est scientia loquendi ex usu. Neque enim constituit regulas scientibus usus modum, sed ex eorum statis frequentibusque usurpationibus colligit communem rationem loquendi quem discen- tibus tradat.

12. Itaque eorum qui literaturæ studiosos in scholis, se pro fitentur est tum ad eruditiorum Romanorum, non horum in civitate Romana peregrinorum & hospitum, ad antiqui illius populi, cui purus latinitatis usus domesticus & familia ris erat, cuius sermonem in Varronis, Cæsaris, Ciceronis, Terentij, Sallustii, Livij & his genuinorū monumentis ani madvertisimus authoritatem, consensum, consuetudinem, Grammaticæ linguæ regulas dirigere: tum multitudinis arbitrium analogia coercere, orationis pravitatem analogiæ regulis ac Canonibus informare minimeq; omnium proportionis rationes in re literaria tollere.

13. Tolle Analogiam, & Grammatica nulla erit, ars bene loquendi non erit.

14. κοινὸν δὲ ἀνάλογον λέξεως τοῦ λόγου, id est, Communis verò est analogia dictione & orationi Theod. Gaza,

15. Non igitur Analogia tantum Etymologiz pars est in flexionibus vocum, sed totam potius artis rationem & præceptionem continet fere.

16. Secundum eam similia ducimus è similibus, ut à Fructu fructuosus: Sic à vultu vultuosus, à gestu gestuosus.

17. Ejus itaq; magna vis & usus apparet in PARAGOGÆ quam vocat Eraf. ille Roterodamus lib. 1. de copia cap. 20. Quæ ei est novatio verbi secundum analogiam Grammaticam: seu deductio seu derivatio novorum verborum ex analogia sumpta. Ex analogia inquam, id est, simili flexu (Scal. exerc. 296. sect. 1.) seu similitudine regulari.

18. Di-

18. Dicimus Esurio. quid igitur vetat, quo minus juxta ana-
 logiam dicamus: Nupturio, Dormiturio? Eras. de copia.
 19. Sensorium, (id est instrumentum sensionis,) dico cum
 Scaligero in philosophis facile præcipuo, quare non tolle-
 tarint posteriores nullam afferre possunt causam in ea ci-
 uitate, in qua & diceretur Auditorium & Diribitorium.
 20. Longe enim lateque dissentio à quibusdam delicatu-
 lis Italisch, qui vocem omnem cœu barbarum respidunt ac hor-
 rent, quam apud Ciceronem non legerint.
 21. Attamen sine authoritate & usu probato seu consue-
 tudine doctorum ac probatorum scriptorum analogia ta-
 lis propemodum nihil valet.
 22. In novatione igitur ex analogia Grammatica nobis ni-
 hil temere permittemus aut indulgebimus. Parcius illa ad
 hibenda & non nisi in loco & cum res postulat. Atque hæc
 defactitijs nominibus lex nobis esto. De analogia plura
 si vis Philologiz candidate ex lib. 13. Scal. de causis. lat. ling.
 cap. 188. & sequente.

APPENDIX.

I.

ET Ratio & usus peritorum approbavit, Museum (non
 Museum) De peculor, Competitor, Trituro, Extrico,
 Mihi (non michi.)

2. Indulget illi sua mater probo. Ejus mater improbo.
 3. An probas hoc: Illustris. Princeps misit ad nos literas,
 in quibus Excelsis sua vult ac iubet? Non probo. Dicen-
 dum excelssitas ipsius excelssitas eius, sua tamen excusatur
 Græcisimo: Budæus.
 4. Queris ex me, an restet datur vivit Marpurgi, cele-
 bris oppidi Hassiæ, Neg. Dicendum enim, Marpurgi cele-
 bri oppido vel in celebri oppido, Ratio est non analogia
 sed Ciceronis authoritas pro Rul. Phil. 4.

B

s. Era-

5. Erudio te leges belli est Poeticum (*Statius 10. Theb.*) seu invincta oratione locum habet, Erudio te delegibus belli, oratorium est.
6. Esse cum ablativo pretii idem est quod valete seu æstimatis. Verr. Cum esset frumentum se stertijs binis.
7. Irritasse pro irritavero, Impetrassere pro impetratum esse præcasunt. Archaismum vocant.
8. Non ut doctus literarum sic quoque eruditus literarū dæcere audeo exemplum enim nuspian mihi occurrit.
9. Pars mea & pars mei, dicuntur diversa significatione. Amisi partem *meam*: ut *possidentis*. Amisi partem *mei*: ut *totius*.
10. Aut pro an Barbatismus ne an solœcismus est? Solœcismus est ut: Remittis ne nuncium virtuti aut voluptati, *Sæ* hanæ aut Christo.
11. Uſus quantum poffit ostendunt obſcœna verba, cuius genitris ſunt cacare & cunnus. Obſcœnitatis enim vocis alicuius ratio ducitur non aliunde quam ab uſu non quidē quorum-libet ſed eorum, quorum est caſta oratio. Contra Cynicos.

De Analogia in tropo Rhetorico Metaphora.

I.

- A**nalogia ſeu similitudo proportionis Metaphora perstringitur & contrahitur. Itaque evolvenda eſt.
2. Artes ſunt alumnæ honoris. Metaphora in voce alumnæ, ducta eſt à corpore quod alitur. *Αναλογία*: Ut corpus quod alitur habet ſe ad alimentum: ſic artes ad honorem,
 3. Honos alit artes Metaphoræ à cibo. Proportio: Ut cibis ad corpus: ſic honos ad artes.
 4. Quædam Metaphoræ ſunt recurrentes ſeu Acoluthæ (consequentes). Erasmus vocat Reciprocas additq; hoc exemplum.

exemplum: Ut pro gubernatore aurigam : ita pro auriga
gubernatorem recte dixeris.

5. Cicero: latrant quidam oratores. Metaphora a canib.
Proportionis similitudo: Ut canis ad latratum: sic malus
orator ad odiosum & molestum clamorem. Acut mali ora-
toris vox dicitur Cicerone latratus: sic vicissim dici po-
test canis odiosus latratus molesta oratio.

6. Animus fluctuat magno aestu irarum Metaph. petita ab
agitatione maris: Ut mare ad fluctuationem aestus sic ani-
mus ad iram. Ut igitur animus dicitur iratus fluctuare aestu
sic conversum seu ut Schonerus loquitur *irataam*, seu inver-
se mare fluctuans dici potest iratum.

7. Dico metaphorice ager est erga dominum suum gra-
tus, pro eo, quod est, reddit messem agricolationis. Et hic
reddit mihi messem beneficentiae pro eo quod est; hic est
erga me gratus.

8. Hic panis pro carne Christi, & caro Christi pro hoc
pane.

9. Quædam translationis sunt unius partis seu *avantibus*,
quæ non sunt conversim: Exemplo est, video pro intelli-
go. Non enim licet hoc vertere [Etsi analogia sit inter men-
tem & oculum] hoc est: intelligo pro oculis video non di-
citur Erasm. lib. i. Copi. cap. 17.

DE ANALOGIA IN POLITICIS.

I.

A Djustitiam commutativam, quæ in contractibus ver-
titur congruit æqualitas (inter extrema) Arithmetica
Pannus non venditur Principi viro pluris quam plebeio,
2. Dicitur illa correctiva, quia corrigit inæqualitatem
mercis & pretij, sumens medium seu justum æquale quod
unum & idem est omnibus secundum proportionem

B 2

Arith-

Arithmetica Arist. 5. Eth. Injustum igitur, cum sit inæquale conatur æquare iudex, depræhenso excessu.

3. Nam iustitia hæc non tantum est hominis privati, mercem æstimantis & precium pro eo flagitantis, sed aliquando etiam magistratus iuxta hanc pronunciat de sarcendo damno.

4. Intelligitur igitur iustitia commutativa versari circa contractus, ita, ut hoc obiecto comprehendantur etiam damnna cum legitimis contractibus pugnantia.

5. Geometrica proportio ad iustitiam Distributivam, maxime politicam quadrat, imprimisque permutata, qua primum res conferuntur: postea personæ: Deinde cuilibet personæ suæ res accommodantur. Itaque termini permittentur necesse est. In permutata enim proportione infertur consequens permutatis terminis rationum, ita, ut primus conferatur ad tertium, secundus ad quartum.

6. Exempla in premiis Directe: sicut se habent 5. ad 10. Ita se habet Ajax ad Ulissem. Permutate: sicut igitur 5. dantur Ajaci, ita decem convenient Ullissi: tanto maius premium quanto præstant Ullissi merita meritis Aiakis duplo nimium.

7. In pœnis: Directe, Sicut se habent fur Judæus & fur Germanicus habens voluntatem latrocinandi & inter furtum de vi cogitans: Ita habet se civilis pœna ad capitem. Enall. Sicut igitur fur Judæus civili pœna, sic fur ferocissimus Germanus capitali plectitur.

8. Consequens seu conclusio hic, sæpe infertur generaliter & postea disiuncte inde subsumitur. (*Antec. Directe*) Ut sicut se habet conitum ad homicidium: sic pœna ciuilis ad capitem (*Consequens invia unde assumitur & tandem conclusitur*) Sicut se habet conitum ad ciuilem pœnam: ita homicidium ad capitem. Sed conitum ciuili pœna prohibe-

hibetur. Ergo homicidium capitali. Ratio illationis & ~~et~~
~~as~~ supra allata est Thes. 29.

9. Harmonica proportio Reipub. benè constitutæ in multis convenit. Itaq; Bodinus. Quemadmodum autem simplicia medicamenta vi ac potestate dissimilima, quæ hominibus perniciem illaturæ sint simul temperata, fiunt salutaria: Ita quoque Arithmeticæ ac Geometricæ rationes harmonica lege temperata rebus publicis salutares futuræ sunt lib. 4. de Repub.

10. Conspicitur optimè hæc ~~ἀναλογία~~ nonnunquam in cōjugijs & societatibus mercatorum. In coniugijs, cum plebeia locuples, patritio egenti nubit, aut patritia inops à pecuniis plebeio locupleti, quæ venustate ac forma excellit ei, qui ingenii præstantia pollet.

11. In societatibus mercatorum quando vix societas ulla stabilior esse inter mercatores animadvertisit, quam ignavi dī vites cum strenuo paupere cui nimirum nihil adest præter studium accumulandarum opum. Hæc coniunctiones similiūm ac dissimiliūm consensu suavissimum efficiunt in Repub. concentum. Hæc analogia quoque in regno Christi gratiæ pulcre visitur.

12. Hanc proportionem quomodo symposiarcha in collo catione convivarum adhibet? Resp. si bono fine proposito egentem cum locuplete, sapientem cum stolido, severū cum urbano taciturnum cum seni loquaci sedatum cum contentioso coniungat.

13. Quod si sapientes sapientibus, senibus senes, stultos stultis, opulentos opulentis coniungat ratione utitur geometrica.

14. Si nulla, sexus, conditionis, ordinis ætatis ratione habita convivas uti quisque domum ingressus fuerit, accumbere jubeat & qualitatem adhibet Arithmeticam: quæ hic

confusio fuerit & *ārāḡia* ac quasi Musicae vitatio seu *ārāḡia*
sia.

DE ANALOGIA PHYSICA UNIVERSITATIS
& Materia.

I.

PLato philosophus divinus in Timaeo *ārāḡia* attribuit
universo corpus & animam.

2. Corpus vocat ea quæ sub sensu cadunt: ut elementa:
Animura vero secretam illam Naturæ ut virtutis internæ
ārāḡia mirabilem illam *ārāḡia* *ārāḡia* *ārāḡia* qua res omnes
continentur gubernantur & conservantur qua res per se
contrariæ in universa illa mole concordi quadam discordia
copulantur tanquam *ārāḡia* vinculo. Ita autem pro-
cedit [ab axiomatis ad conclusionem]
3. Rerum naturalium principia sunt contraria.
4. Duo principia contraria sine medio tertio conjungi
non possunt ut *ārāḡia* & vinculo.
5. Illud vinculum est optimum & aptissimum ad colligan-
dum duo contraria principia, quod illa inter se alioquin
pugnantia unum efficit, & uniformi aliqua ratione conti-
net, alioquin discordia,
6. Illud inter medium VINCULUM EST ANALOGIA.
7. Ex analogia igitur rerum per se discrepantium natura-
rum existit quædam mundi discors concordia. Ac elemen-
ta inter se in corporibus *ārāḡia* coalescent.
8. Analogica igitur similitudo Platonis hæc est: *ut cor-*
pus animalis ab anima sustinetur & fovetur: Ita hæc con-
spicabilis mundi moles à secreto illo naturæ ordine qui
summa sapientia regitur (menterem enim universæ ani-
mæ hoc sensu Plato tribuit,) eff. cæciter continetur.

9. Nee

9. Nec sine analgia mundus cohædere & perdurare potest.
10. Ea partim Geometrica, partim Harmonica esse videatur.
11. Idem philosophus Materiam primam in una quaque re ex illius *μεροβλη* cognosci docet *ἀνάλογια*, intelligens proportionem Geometricam. Idque ostendit exemplo ut si quis auri vel ceræ massam tibi proponat in qua multæ subinde figuræ inducantur, manebit quidem eadem massa sed figurarum inductarum nomina recipiet: sic materia semper manens ipsi formis subiicitur à quibus denominatur.
12. Itaque quamvis diversas mutationes in eodem subiecto fieri videamus, id solum formæ varietati tribuendum est, ac non ipsi materia, quæ semper eadem manet.
13. Tō *Ανάλογον* teneatur cum *λόγον* rei habere non datur: Aristoteleum.

DE SUBIECTO ANALOGORUM.

I.

Vocatum est in disquisitionem & iudicium, quod à philosophis dici solet finiti ad infinitum nullam esse proportionem.

2. Nos hoc axioma quadammodo verum esse non negamus: sed addimus tam late patere analogiam ut etiam sit inter ea quæ non sunt synonima & homogenea, id est quæ sub uno aliquo genere non continentur.

3. Nam & Metaphoræ dicuntur à divinis ad humana: à corporeis ad incorporea. Metaphora autem tropus est analogiæ contractæ.

4. Est externæ quietis seu salbaghi, cum quiete Dei analogia, de qua docet 4. præceptum. Et Deus apud Ezech. cap. 20, Ecquid apud latinos tritis quam frangianimo? Huc facit

facit apud Arist. locus i. Anal. post. cap. 5. Quem & P. Ramus citat, quo docetur quantitatem non esse proportionis primum subiectum sed commune aliquid, cuius nomen ignoretur.

5. In quæ igitur convenientia virium & munieris est, ea etiam unum analogia dicuntur zabarell. de natural. scient. const. Exemplum habemus apud Aristotel. contex. 87. 2. post. ubi dicit, idem esse officium ossis in animali habente os, quod spinæ in pisce,

6. Huius rei multa exempla inveniuntur apud Arist. in libris de anima: ut membrum, quod in animali principium & fons est vitæ unum est analogia. Non enim in omnibus est cor, sed vel cor, vel quid cordis proportione respondens. Nam in animalibus sanguineis est cor, in aliis vero quæ sanguine carent aliud, quod in eis eo munere fungitur, quo in sanguineis cor. Sic unum *αὐλογία* sunt mens & oculus.

7. Ex hisce quæstio ista Americana facile decidi potest. An in illis locis, in quibus panis ex tritico: spelta, farre, aut alio frumento nostrate nec est consuetus, nec haberi potest, Cœna Domini celebrari ritè ullo modo possit? A. quia quod panis vel vini vicem, vel ex communi usu vel pro temporis ratione supplet: panis aut vino loco adhiberi potest. Quemadmodum enim noster panis ex spelta &c. fit: sic vicissim illi radicem quandam habent, ex qua farinam conficiunt, qua deinde vice panis utuntur. Est enim inter nos strum panem & illorum analogia munieris & virium.

**ASSERTIO VERÆ ET ORTHODOXÆ
sententiae de Analogia sacramentali, & non omissione
fractionis in Cœna Domini.**

I.

Ad

AD se pro nobis crucifixum animis nostris penitus in-
figendum Christus non solum auditum, sed & visum
requirit.

2. Illius functio est *angēōsis* huius *avtofīa*. Itaque ordinat
non tantum verbum (seu testimonium) audibile: sed etiam
visibile.

3. Scilicet

Segnius irritant animos demissa per aures:

Quamque sunt oculi commissa fidelibus Horat.

4. Verbum autem seu testimonium visibile, sacramentum
dicitur: cuius generis est Cœna Domini, quo pertinet ri-
tus fractionis panis: de quo quæritur an sacramentalis a-
ctionis pars sit?

5. PROPOSITIO. Afferenda nobis est tum propria *ἀρτολα*
seu fractio panis in Sacrosancta Cœna: tum Analogia
eius cum immolatione corporis Christi: tum denique cer-
to gradu definita necessitas eius. [quæ DEBITI est.

6. SEIUNCTIO. Non autem quæritur de fractione extra
actionem sacramentalem & Ecclesie conspectum, non de
fractione ac comminutione quæ fit dentibus accipientis:
non denique de necessitate coactionis.

1. *Quod Dominica panis fractio proprie non sit panis
distributione?*

1. Primum igitur ajo hic Frangere panem esse manu unū
integrum panem, in multas partes diuidere: seu in frusta
tribuere, instar nostratis libi. Itaque *ἀρτολασιαν κυριανην* for-
maliter & propriè non esse *ἀρτεμετάδοσιν* ac *διανομην*. Hoc pro-
bato panem in Cœna particulatum esse dividendum lique-
bit.

Confirmatio igitur prima esto.

Antecedentis & consequentis οὐχιος (confusio) est sophistica.

2. Fractio panis [id est diuisio eius in multas particulas
seu buccellas] ad distributionem eius (in multos) habet se-
ut antecedens & consequens. Ergo confundere fractio-

C

nem

nem & distributionem est Sophisticum. [Assumptionis probatio] Si fregit idem est quod distribuit & dedit: Oratio Christi est nugax & adoleschia. Fregit & dedit id est distribuit & dedit seu dedit & dedit: seu distribuit & distribuit: At consequens est absonum imo dictu nefas. Frangere igitur non est idem quod distribuere.

3. Secunda quæ *euorxa* seu coordinata vel subordinata sunt distincta sunt. In illorum numero sunt fractio panis & dispertio ac traditio. Ergo distincta sunt. Assumpt. infra probatur.

4. Tertio. Si vinum à pane proprie separatum est sacramentaliter sanguis à corpore Christi separatus: (hoc est representat mortem cruentam) etiam panis proprie fractus est sacramentaliter corpus Christi fractum, per lacerationem cruciatus & mortem. Sed verum antecedens Christus enim ait Vinum separatum à pane & seorsum existens in poculo, in quod funditur, & ex quo bibitur, esse sanguinem suum pro nobis ex corpore suo effusum in cruce. Verum igitur quoque consequens.

5. Quarto a consensu Antiquitatis.

Ignatius ad philadelphenses: una est caro Domini & unus eius sanguis, qui pro nobis fusus est, unus etiam panis pro omnibus (i.e. in usum omnium) confractus & unus calix totius Ecclesia.

6. Irenæus lib. 5. Quando mixtus calix & fractus panis percipit verbum Dei fit Eucaristia corporis & sanguinis Christi.

7. Cyrillus tom. i. in Ioh. lib. 12. c. 5. Fractum panem distribuebat. Viden aliud esse frangi aliud distribui?

Cyrillus in Iohan. lib. 4. c. 14. Christus discipulis Fragmenta panis deat dicens accipite & manducate. Hoc est corpus meum.

8. Dionys. Ecclesiast. Hier. c. 3 pontifex obvelatum & indutum [id est integrum] panem retegens seu aperiens & in multas partes dividens, seu in frusta concidens & unum poculum omnibus dæ.

bus disperiens symbolice unitatem multiplicat & distribuit.

9. Chrysostomus super locum, panis quem frangimus. T. 4. in c. 10. 1. Cor. hom. 24. Quare dixit panis quem frangimus? Hoc enim fieri videre licet in eucharistia in cruce vero non item, sed contrarium eius: Os enim eius inquit non frangetur. Sed quod non est passus in cruce [scilicet ut in partes confringeretur eius corpus] hoc patitur in oblatione (in cœna hoc est sacrificio eucharistico, repræsentante sacrificium propitiatorium in cruce) propter te & sustinet se confringi, scilicet sacramentaliter, hoc est panem corporis sui sacramentum confringi, ut omnes impleat.

10. Cyprian. In serm. de Cœna. Fide sincera panem sanctum frangimus & partimur. (batur particula.)

11. Eras. Roter. in paraphrasi actor. 2. Ex fracto pane cuiq[ue] da

12. Luth. de abusu Misæ Tom. Witt. 7. Frangere nihil aliud est quam panem benedictum in multis partibus dividere, dare est in partes distribuere.

II. Quod fractio panis in cœna sit repræsentative seu sacramentaliter fractio, id est immolatio seu crucifixio corporis Domini,

1. Secundo aio. Panem cœnæ & corpus Domini fractiōnē panis & fractionem, id est immolationem corporis Christi esse unum Analogice seu similitudine, Analogica & esse symbolon & ^{unū}passionis apertōnis corporis Christi in cruce ac morte eius A Paulo Apostolo dicitur corpus Christi pronobis frangi propter analogiam.

2. Confirmatur I. Quicquid pani fit secundum institutionem Christi: id corpori ipsi Christi fieri dicitur. L.t. 2. W. p. 221. a. Dicit hoc non posset nisi inter panem & corpus esset $\chi\epsilon\sigma\tau\alpha$, analogia & unio quædam quæ est externi testimonii & rei testatae (passionalis seu testamentaria). Vel ut pressius inculcat hoc, quæ tribuuntur proprie & simpliciter Sacramentis,

C 2 aliquo

aliquo modo tribuuntur & rebus, quarum sunt sacramenta. August, ad Bonifa. *Sacra menta accipiunt nomina rerum.* Panis Cœnæ Dominicæ qui est sacramentum verè propriæq; frangitur (sicut & videtur iacet in mensa ore editur.) Ergo corpus Christi quod est res sacramenti, aliquo modo frangi dicitur [sicut & videri, jacere in mensa, ore edi.

3. Quo autem modo dicitur *Frangi?* vel Metaphoricè in se: vel symbolice in pane ut in subiecto. Si Metaphoricè necesse est ut sit *ἀναλογία* inter fractionem signi & fractionem rei signatæ. In omni enim Metaphora similitudo proportionis continetur, ac est contracta ad unam vocem, à doctore autem explicatur.

4. Ubi igitur Metaphora ibi analogia quædam, quod inductione exemplorum ostensum est in thesibus Rhetoriciis. Hic Metaphora est, corpus Christi pro vobis frangitur. Ergo hic est analogia quædam: Ut panis cœnæ frangitur, sic corpus Domini occiditur.

5. Si symbolicè modo significationis sacramentalis: non essentialiter.

6. 2. Analogia est inter archetypum & veram imaginem seu antitypon panis eucharistiae. *Panis eucharistica vera imago est seu antitypon naturalis carnis Christi.* Ergo analogia est inter panem Eucharisticum & carnem Christi. Assumptio est patrum Græcorum: ut Gregorii Neocæsariensis in definitione synod. Constantin. 7. Basilii in Liturgia. Macarii homil. 27. Nazianzeni &c.

7. 3. *Ἐπειγενότας si non esset hic analogia visibilis testimonii & rei testatæ: nulla prorsus causa dari posset permutationis non minum ἐραλλαγῆς τῶν ὀνομάτων:* ut Christus Ioan. 6. se vocat panem & vicissim panem in sacra Cœna acceptum suum corpus. At permutationem hanc prorsus ἀλογον & ἀντιτοπήν hoc est ratione destitutam esse quis dixerit? cum Chri-

Christus sit Ratio & sapientia *ā dūtēsātō*. Ergo necesse est
ut hic statuatur Analogia dicta.

8.4. Omnia sacramenta sive sint veteris sive noui testamen-
ti analogiam [inter archetypum & antitypum] habent cū
signatis. Panis fractionis in sancta Cœra est sacramentum.
Ergo habet analogiam cum signat. Propositionem illustro
sicut analogiam habent cum signatis typi legales omnes,
imagines artificiosæ sive sint pictæ, sive sculptæ quatenus
res certas vere repræsentant.

9. 2. Propositio adeo vera est, ut sacramenta, si similitu-
dinem quandam non haberent earum rerum quarum sunt
sacramenta non essent sacramenta August. in Epist. ad Bo-
nif. Ac inductione exemplorum, ut circumcisionis Agni
paschalis Baptismi facile probatur: Confirmatur denique
speciatim testimonii veterum doctorum Ecclesiæ quod
ad Cœnam Dominicam attrinet.

10. Augustinus in lib. sententiarum prosperi. *Vocatur ipsa
immolatio carnis, quæ sacerdotis manibus fit* [sacramentaliter, id
est fractio panis sacramentalis] *Christi passio mors crucifixio nō
rei veritate, sed significante mysterio.* Et dum frangitur hostia quid
aliud quam dominici corporis in cruce immolatio designatur? alio-
qui sacramentum non esset. Itaque non potest esse sacra-
mentum sine repræsentatione seu designatione & testifi-
catione aliqua, ut quæ sit de sacramenti essentia ac ratione
n. Isidorus citante Bertramo sicut *visibilis huius panis vini
que substantia exteriorem hominem nutrit.* Ita verbum Dei quod
est panis vivus participatione sui fidelium mentem recreat.

12. Cyprian. libr. 2. Epist. 2. Quemadmodum vino mens
solvitur & anima relaxatur, & tristitia omnis exponitur, ita
& potato sanguine Domini exponitur memoria veteris
hominis & mortuum pectus aet triste quod prius peccatis
angestibus premebatur divinæ indulgentiæ latititia resol-
vitur.

13. Ambrosius de sacra m. 4. Sicut similitudinem mortis sum. psibi ita similitudinem pretiosissimam sanguinis bibis: statuit hic Ambrosius convenientiam analogicam inter panem in mensa pro prijs Christi manibus fractam & corpus mortuum seu quod manibus militum corpus tradidit vulnerandum (ut ait Cyprianus de Chrismate) inter divisum poculum & effusum sanguinem.

14. Gelasius contra Nestorium & Eutichen. *Imago & similitudo corporis & sanguinis Christi in actione mysteriorum celebratur*, audi in inter mysteria & corpus sanguinemque Christi in tercedere similitudinem seu analogiam.

15. Ambrosius in epist. ad Corinth. prior. c. 11. *Testamentum sanguine constitutum est, quia beneficium divini sanguinis testis est & in eius typum nos calicem mysticum sanguinum ad tuitionem corporis & anima nostrae percipimus.* Audis hic calicem sanguinis seu testamenti vocari typum. § 16. Augustanus confessionis apologia de vero sacramentorum usu: *Ceremonia est quasi pieta verbi seu sigillum ut Paulus vocat, ostendens promissionem gratiae.* Panis igitur fractio in cena est recordatio seu memoria est & representatio veri sacrificij & sanctae immolationis factae in aera crucis.

17. Analogiam hanc certissime observat Matthias Flac. Illyr. 1. par. clau. scripturæ 347. *Quia Christus in cena panem fregit & distribuit: ideo mox etiam crucifixum nem corporis sui fraktionem vocavit. inquiens quod pro vobis frangitur.*

18. Improbabilis enim est expositio huius ista quod pro vobis distribuitur. Corpus Domini quidem pro me pati & occidi: sed non pro me distribui fides Christiana est.

19. Si corpus pro vobis frangi hic est corpus pro vobis distribui sanguinem pro vobis effundi erit sanguinem pro vobis dividii seu distribui. At non hoc ergo nec illud.

20. Augustinus de serm. 4. feria cap. 6. *Mensasponsi tui panem* (Chri-

(Christum seu dominum) habet integrum, quem panem et si fractum & comminutum vidimus in passione, integer tamen mansit in illa sua cum patre individua unitate. Hic Christum fractum ait quo ad naturam humanam in passione, cum anima divulsa esset à corpore & nihilominus per naturam divinam cum patre mansisse in unitate individua coniunctum non ab eo diuisum, cui est ~~quod~~. Corpus igitur Christi pro nobis fractum ut loquitur Paulus, (Metaphoricé) est corpus Christi pro nobis traditum [ut loquitur Evangelista proprie,] seu oblatum in mortem ut victima & gravissimis cruciatibus laceratum, contusum, fractum.

21. Apud Paulum dicitur quod pro vobis frangitur pro eo quod est apud Lucam quod pro vobis datur. Datum autem est pro nobis corpus in Ara crucis (non in ore, non in mensa) ergo etiam fractum est pro nobis in cruce (non in ore non in mensa,) Si diceretur, corpus quod pro vobis frangitur, videri posset frangi dictum esse pro distribui ad eum (ut dicitur frangi efurienti panem.) At non dicitur corpus vobis frangi: sed pro nobis ~~in ore ipso~~ frangi, i.e. vice vestra, & bono vestro ad salutem, vestram, ad remissionem peccatorum. Eaque fractio corporis pro nobis facta est in cruce, ut & fusio sanguinis. Ergo frangitur non est hic dictum pro distribuitur.

Sed Analogia inter fractum panem & fractum Christi corpus plenius intelligetur in explicatione questionis ultimæ proximæ sequentis.

An Fractio recte omittatur?

ULTIMO igitur ajo ~~aproximator~~ non esse prætereundandum sed panem particulatim dividendum. Ministri & legati est omnia agere ex prescripto & mandato Domini sat, non ex suo arbitrio ut docet politica. CHRISTVS Dominus noster suos frangere iussit panem. Ministri igitur frangant

frangant panem necessitate debiti. Quod volunt inquis nostræ Ecclesiæ rectum ego iudico. Nostræ Ecclesiæ volunt ut non frangatur panis. Hoc igitur rectum iudico ac proinde recte ego ago cum non frango panem : Respondeo per ^{eu}scasiv seu ^{an}t^{er}itapás [Rectitudo fractionis conclusa syllogismo] ac simul addo lubrico fundamento non fractionem niti. Quod Christus in liturgia præcepit, id citra ullam controversiam omnemq; dubitationem rectum est nec omittendum.

2. At panem frangi in Cœna Christus præcepit verbis. *Hoc facite.* Hoc igitur citra ullam controversiam omnemque dubitationem rectum est & proinde scio frangendo panem, me recte agere. Vides fractionem niti fundamento solidissimo & firmissimo : proindeque tuam frangentis cōscientiam tranquillam inde esse posse.

3. Peccatum est id omne, quod non fit ex certa scientia quod placeat Deo, Rom. 14.v.23. Quicquid non est, ex fide peccatum est. Ut ergo ut sacerdos in agendo evites peccatum necesse est agas ex fide seu certa scientia quod actio tua sit accepta & placeat Deo. Hanc autem sententiam habere ne quis, nisi agas ex Dei ordinatione. Si secus agis & pro Dei ordinatione institutum tuum, vel etiam aliorum hominū, quantumvis præcipue authoritatis velut actionis regulam propositam tibi habebis, ut sacerdos de actionis tuæ rectitudine certus esse non poteris, nec tranquillam minimeque hæsitantem poteris habere conscientiam.

4. Quod in Cœna mysticum est, omittendum non est. Fractio panis in cœna mystica est. Non igitur omittenda. Assumptio probatur: Dividite inter vos poculum. Si divisio poculi inter utentes, id est, vini, mystica est: fractio quoque panis talis erit. At divisio vini mystica seu *μυστηρίου* est vinum enim diuisum, passi pro nobis Christi mortem re-

præ-

præsentat: sicut occisio agni paschalis futurā Christi mortem repræsentabat. Ergo fractio quoque panis. Si vini à pane separatio & distincta sumptio ad repræsentandum effusum sanguinem instituta est, fractio quoque panis ad repræsentandum lacerationem, vulnerationem, cruciatum & mortē corporis instituta est. Verū prius, igitur & posterius.

5. Quod necessarium est respectu mandati & finis non est omittendum nec habendum pro re adiaphora. Fractio panis quæ sit à pastore in cœna, non à pistore, necessaria est ratione habita mandati & finis cœnæ. Ergo.

6. Assumptio, probatur i. avènuos passionis & mortis Christi est finis cœnæ. Fractio autem panis fit ad avènuos passionis & mortis Christi. Scilicet in hac facta est nervorum laceratio, resolutio virium, attritio, contritio, contusio membrorum, disseparatio ossium, adapertio lateris, fossio pedum ac manuū, crucifixio & mactatio, divulsio & separatio animæ à corpore. Quod anima fidelis intelligit, cū oculi vident panē frangi, & separari unā partē panis ab alia.

7. II. Fit fractio & disperditio unius panis fracti ut commonefiamus coniunctionis omnium credentium in Christo ut multorum membrorum unius corporis, I. Cor. 10. Nos multi sumus unus corpus. Ut panis est unus, & dividitur in multas partes, sic & nos unus sumus, & multa membra En significationem novatas.

8. Id est, Si Dominus factio seu divisione unius integrum panis in multas particulas voluit significari unitatem corporis Christi mystici, id est constantis ex Christo capite & fidelibus ipsius membris, participatio multorum de uno pane integro in partes diviso in cœtu & conspectu Ecclesiæ, in quo debet hic ritus celebrari, erit pars symboli seu ceremoniæ. At verum primum: quoniam unus panis unus corpus multi sumus. Nam omnes unius panis sumus

D parti-

participes: Verum igitur & secundum: & per consequens
Fractio non est omittenda.

9. **A**ugustinus in sermone ad infantes de Sacram. Mysterium vestrum in mensa Domini positi est: mysterium Domini accipitis: ad id quod estis amen respondeatis: estote quod videtis, accipite quod estis, ibi vos estis in mensa, Et ibi vos estis in calice.

10. **B**ertrandus in libro de corpore Domini. Sicut in mysterio panis ille Christi corpus accipitur: sic etiam in mysterio membra populi credentis in Christum intumantur id est significantur.

11. **C**yprian lib. 1. epist. 6. Unanimitatem Christianam firmasibi atque inseparabilem caritatem connexam sacrificia divina declarant.

12. **B**eda Presbiter super Lucam & Haymo Episc. in explic. cap. 11. ad Corinth. Fregit Christus panem quem discipulis porrexit ut ostenderet (hoc est, sub oculis subiectum) corporis sui fractionem & passionem voluntariam seu spontaneam, sicut ante dixerat: potestatem habeo ponendi animam meam.

13. **E**ras. Rot. in par. in act. Qui se iunxerant numero discipulorum perseverabant in doctrina Apostolorum, atque in sumendo symbolo federis nunquam rumpendi, quam illi communionem vocabant. Id à Domino traditum erat huiusmodi. Frangebatur panis, ex eo cuique dabatur particula, atque hoc agentes in memoriam Dominicam passionis, agebant gratias divinae benignitati, qui per unici filii sanguinem ipsos expiasset à peccatis, qui per eundem indebita morte ipsos cooptasset in hereditatem vitæ aeternæ.

14. Ut Israelites manducantes agnum paschalem memoriā liberationis ex Ægypto recolere debebant ad excitandum in ipsis fidem & gratitudinem. Ita Christus in cœna sua memoriā mirabilium suorum instituit videlicet passionis suæ & liberationis nostræ à peccato & morte, ut totum beneficium redemptionis fide nobis applicemus & gratamente celebremus. Vide Chrys. Hom. 83. in Matth. 15. At in paschate visibile monumentum fuit visibilis titus mactatio agni & iesus. Ergo etiam in cœna ieronyma (monumentū liberationis est visibilis fractio & manducatio panis)

15. Quid? quod representari & sub aspectum subiecti mortem Christi præteritam fractione adeo verum est, ut etiam ideo panis & vinum non dentur, simul & uno actu, sed seorsum.

sum & separatim duobus & distinctis actibus, hoc est ut si-
gnificet vera mors Christi, separatio animæ & corporis
eius.

17. Quibus finis est communis ad eos quoque finitum co-
munitet pertinere videtur, Finis huius actionis Christi me-
moriam seu mortis ejus commemoratio communis est ad-
ministris & populo seu synaxi accipienti, ergo et finitum:
Hoc (distributim non collectim & singulatim) facite, communi-
ter pertinet ad utrosque.

18. Si τῷ hoc facite non præciperetur etiam fractio, sed tā-
tum comestio, sequeretur hic præcipi discipulis tantum ut
communicantibus, non ut administrantibus. At præceptū
hoc pertinet etiam ad discipulos ut administrantes myste-
rium, Ergo. Assumpt. probatur. Quibus extrema præcipi-
untur ijsdem præcipi etiam medium inter extrema inter-
jectum εὐλογὸν est: Administrantibus cœnam præcipiun-
tur extrema eucharistia & σάτιση panis. Iisdem igitur præcipi-
pi medium inter hæc κλάσιν ἀρτες, εὐλογὸν est. Sic tota Christi
actio sacramentalis, est nostra administrantium instructio.

19. Ad summam in institutione cœnæ instruitur tota Ec-
clesia partim pastori [ut frangat] partim grex utentium [ut
edat] partim utriq[ue] (ut annuncient seu commemorent
mortem Domini usque ad eius adventum.)

20. Subjungo testimonia doctorum Ecclesiae, probantia
τῷ hoc ad totam actionem referendum esse.

Cyprian.lib. 2. Epist. 3. In commemorationem Domini hoc fa-
cerem debemus, quod ipse fecit: hæc necessitas debiti est seu obli-
gatiōnis.

21. Dionys. in Eccles Hierarch. cap. 3. Postquam pontifex ex-
clamavit ad Christum: tu dixisti hoc facite in mei commemora-
tionem, administrat sacra & aspectus subincit per sancte proposita sym-
bola opera ab ipso propter salutem nostram perfecta, qua prædicata
fuerunt

fuerunt: ac si diceret: tu Christe dixisti, hoc facite: tuo igitur man-
dato administrō & aspectui subiicio opus redēmptionis tue passionem
per fractionem panis.

22. Humbertus citat hoc Alexan. primi ἀξιούμενον.


Hoc quotiescumque feceritis, id est benedixeritis, fregeritis & distri-
bueritis in mei memoriam facietis, quia quodlibet horum tertium
sine reliquis fiat scilicet aut benedictio sine fractione & distri-
butione: aut fractio sine benedictione, perfectam memoriam sacrificii
Christi non representat &c. (Cœna igitur sine fractione est im-
perfecta, quod ad representationem mortis attinet.)

23. Sic Lutherus in lib. de abuso missæ Tom. 2. Jen. Germ.
pag 13. Hoc FACITE ad fractionem etiam & dationem re-
fert.

24. Et Brentius in explicatione Catechismi pag. 649. Cum
dicit Christus hoc facite, certe iubet hoc ipsum quod ipse fecit, & non
aliud facere. Quid autem fecit? Accipu panem gratias egit, fregit
id est disperitus est, dedit discipulus, Accipite inquiens, comedite, hoc
est corpus meum, &c. Accipiamus igitur & nos panem ut gra-
tias agamus Deo. & distribuamus Ecclesię ad edendum
pane corpus Christi Idem in Exegesi in Evangelium Ioha,
pag. 125. Ministri Ecclesia per verbum dispensant in coena convivis
spiritualibus spirituales cibos, qui sunt corpus & sanguis Christi.
Christus enim ita commendavit, dicens, hoc facite in mei memori-
am.

F I N I S.





I V.

cæ genus non est ars nec prudentia.

ut prolix simus, nulla flagitat necessitas: unico igrur; quicunq; habitus philosophicus non est practica virtia & virtutes, circa contingentia, circa ea quæ adunt, illius quoq; genus esse nequit. Atqui Metaphysic habitus Erg. genus ejus prudentia esse nequit. et prudentia propria indoles, uti minorum ipsius, quæ est mera theoretica seu speculativa. De arte dam movere ausi sunt, quibus opponimus hanc arti non competit definitio artis, illius genus ars esse ysicæ non competit definitio Artis. Erg. Majoritatio generis competit speciei generi subjectæ, quia eò est corpus animatum sensu præditum. Minorone artis. Ars, inqt. Philosophus 6. Ethic. est habi- ffectivus: hoc a. de Metaphysica nemo sanæ men- theor. trans. diff. 1. th. 28. p. 10. quia habitus pra- physica, quomodo ars erit? Cum omnis ars sit habi- es habitus practici: Forsan species alicui compe- genus illius speciei? quod ego non crediderim, omo sit & non animal: Hæc ille. Artem contem- in Mart. part Metaph. l. 1. q. 2. s. 1. & Scharf. theor. p. 20. proclaimamus στρυγόξυλον. Nec juvat eum io, quam ex Luciano suo accurato illo definitore juæ quam perfecta & accurata sit, videatur Exc. b. 1. art. 3. s. 3. p. 10. Scheibl. Met. l. 1. c. 1. art. 2. n. 0. 7. l. 1. quest. 1. & alii.

V.

e genus non est intelligentia.

usio non adeò sit apud Dd. Metaph. controver- a brevis ero: sicuti a. de scientia strictè ita dicta lideò non possit esse genns Metaphysicæ, quia siones: ita nunc de intellectu dicimus, quod hic & constituere nequeat, quia præcisè Principia mentum. Qui habitus in nudis acquiescit Prin- pi. esse nequit. Ast intelligentia talis est. Erg. Ma-

A 3 jor